libidinis per meretricias blandicias. Secundo cum fit contra naturalem modum. tercio cum fit tempore prohibito. quarto cum fit loco prohibito. quinto cum attendit ad pregnantem vicinam partui vel que est in fluxu menstruo. Filie luxurie secundum gregorium sunt octo. octo

1 Cecitas mentis. quia secundum augustinum in opere luxurie tota ro absorbetur.
2 Inconsideratio mortis et inferni. quia desideri
3 Inconstantia scilicet ad cogitandum et desiderandum. ut nunc illud nunc istud
4 Amor sui. scilicet cum quis desiderat longam vitam ut expleat voluptat
5 Precipitatio qua quis precipitanter currit ad peccandum. exponens se periculo m
6 Odium dei quod fit quia deus abstrahit et punit eos qui delicias propter luxuria
7 Affectus presentis seculi appetitus quam amor huius sequitur. ad quod declinat luxu diminuacio sanitatis fortitudinis et per quam luxuriosus
8 Desperatio futuri seculi. quia ne est diffidens venie et glorie consequende.

Quatuor mala que occurrit adulteris et eos sequitur.
Quatuor hiis casibus sine dubio cadit Adulter.
Aut hic fit pauper aut morte mala morietur.
Aut cadit insaniam qua debet carcere vinci.
Aut aliquod membrum casu vel vulnere perdit.

Sequuntur hic quatuor novissima sub compendio excitativa timoris compunctionis et amoris.

Generalis modus ad formandum meditaciones de morte.

Memorare novissima tua et in eternum non
peccabis. Ecclesiastici vij°. Meditare igitur homo
et ab oculis tuis numquam recedat quod post mo-
dicum sis ex hac vita in aliam ignotam regionem
transiturus et omnes res mundi gloriam et honorem et que-
cumque alia in quibus in hoc mundo delectaris sis hic
relicturus. Omni enim hora omni die fini et ultime hore
tue appropinquas. Scrutare igitur et quantum potes
in te interdum affectum transforma hominis morientis
et forma in te et in meditatione tua quasi statim mori-
turus esses et iam sit prius quod sine dubitatione adhuc
tibi prius erit. Vide igitur sic affectatus quantus tibi
dolor inerit quantus conscientie remorsus et internus
clamor de malis delectationibus tuis quantum dolebis
quod te non emendasti et a delectationibus te non avulsisti.
Adduc ante oculos singulas delectationes et quod dei precepta
transgressus sis. Nam in illa hora videbis quid
meruisti quid commisisti. Vide singula vicia et passiones
quibus modo dulciter delectaris. Cogita quam amarum
erit tibi tunc a delectationibus separari et quantum
dolebis quod vivens non fuisti concupiscentiis mor-
tuus. ¶ Deinde cogita et forma in te talem affectum
ut si anima tua statim deberet exire quam libenter omnem
delectationem relinqueres quam gratanter omnem la-
borem et penam acciperes si vitam posses obtinere.
Cogita deinde in illa hora quam breve tibi videbitur omne
tempus vite tue et delectationum tuarum. Tunc
videbis totum tempus tuum sicut sompnium vel
sicut umbram maxime cum perpenderis instare
eternitatem que numquam finietur. Deinde cogita
quantus tibi erit dolor quod pro tam minima delectatione

breuiſſimi temporis amiſiſti delicias leticiam et gloriam
ſempiternam. Cogita etiam quod omnes iſte delectationes nichil tibi
tunc amplius conferrent. quia per amaram mortem facient
amariorem. Tanto enim difficilius hinc ſeparaberis quanto
pluribus rebus inordinatis concupiſcentiis fueris alli-
gatus. Unde ſapiens. O mors quam amara eſt memoria
tua homini ſano et pacem habenti in ſubſtancia ſua. Cum autem
talem affectum in te formatum et cordi tuo impreſſum
ſenſeris tunc procede ulterius cogitans quod illa hora
certiſſime veniet et eſt tibi inevitabilis. Omnes enim
homines moriuntur et mille generationes a principio ſeculi pre-
ceſſerunt ita et tu ſequeris. Deinde cogita quod illam horam
certam te preſcire non poteris. ſed improviſe veniet.
forte hoc anno forte hoc menſe forte hac ſeptimana
quia ſicut fur in nocte ita veniet. quando nichil de hoc
cogitabis. ſed multa te acturum putabis. Nonnumquam
etiam ut complures timor concupiſcentias tuas corrumpet et ex-
pungnet. revolue ordinem quo ad mortem devenies. Siquidem
mortem ut communiter precedet infirmitas graviſſima.
Cogita quanta erit hec infirmitas quam gravis. quando cor
tuum pre nimio dolore rumpetur. Cogita quomodo
tunc erit cor tuum depreſſum ac ſi totum mundum ſuper ſe
contineret. tum propter infirmitatis magnitudinem.
tum propter naturalis inclinationis eſſe ſuum appetere
mirabilem horrorem. tum propter timorem de peccatis.
et de iudicio futuro. et ſic tandem ſequitur mors. Item
interdum propone oculis tuis ymaginem alicuius hominis
morientis et diligenter reſpice formam modum et
ordinem quibus ad mortem deveniunt. Rigeſcit
totum corpus. omnia membra rigeſcunt. oculi obſcurantur.
et ſic de ſingulis. Deinde cogita qualiter demones

aduenerint expectantes· ſicut leones rugientes preparati
ad escam· ſiquid in aīa de ſuo potuerint inuenire·
et qualr̄ immūdi ſpūs aīe egredienti obuiabunt· que·
rentes in ea opera ſua ut ſecū eam trahant ad inferna
profunda· Deinde cogita· qualr̄ aīa de corpore egreſſa·
ſtatim ante tribunal iudicis ſtatuetur· iam tūc
ſententiā receptura· que ex hoc tunc uſqꝫ in ſecula
nō immutabitur· Deinde ſequere funus ad ſepulturā·
et vide quō cadauer inſeruit· propter quam aīa tanto
tempore que ſunt delectationes· terre traditur· et
vermibus esca paratur· et traditur· perpetue ob·
liuioni· Ex iſtis et ſimilibus· bene conſiderabis· ꝙ
gaudiū et delectatio mūdi ſit inſtar puncti· tran
ſit ſicut umbra· et ꝙ homo ſit hic· velut hoſpes noct
urnus· Econtrario nō multū debes tibi affectum ſume·
iuſti viri morietis· et ad mortem bene diſpoſiti· co·
gitando ꝙ lectus talis erit· qui prius penituit· et ſe
a delectationibus ꝓ mitigauit· et nichil hic vicioſe
dilexit·

Auctoritates de morte· Ecclesiastici xli°·

O Mors· ꝙ amara eſt memoria tua· hoī
pacem habenti in ſubſtantijs ſuis· viro
quieto· et cuius vie directe ſunt in omnibus· et adhuc
valenti accipere cibum· Hoc enī iudiciū mortis a
dnō ordinatū· Vnde Baruch 3°· Vbi ſunt principes
gentium· et qui dn̄antur ſup bestias· que ſunt ſup terrā·
Qui in auibus celi ludunt· qui argentū theſau·
rizant et aurū· in quo confidunt hoīes· et nō eſt
finis acquiſitionis eorum· Qui argentū fabricāt·
et ſolliciti ſunt· nec eſt inuentio operum illorum·
Exterminati et exanimati ſunt· et ad inferos deſ
cenderunt· et alij in locū eorum ſurrexerunt·

Unde et Bernardus. Dic michi. ubi sunt amatores mundi.
qui ante pauca tempora nobiscum erant. nichil ex
eis remansit. nisi cineres et vermes. Attende diligenter
quid sunt. qui fuerunt homines. sicut tu. comederunt.
biberunt. riserunt. duxerunt in bonis dies suos
et in puncto ad inferna descenderunt. Hic caro
eorum vermibus. illic anima ignibus deputatur. donec
rursum infelici collegio sempiternis involvatur
incendiis. qui socii fuerunt in viciis et in peccatis.
Una namque pena implicat. quos unus amor in
crimine ligat. Quid profuit illis inanis gloria.
brevis leticia. mundi potencia. carnis voluptas.
false divicie. magna familia. et mala concupiscencia.
Ubi risus. ubi iocus. ubi iactancia. ubi arrogancia.
De tanta leticia. quanta tristicia. post tantam
voluptatem. tam gravis miseria. De illa exul-
tacione ceciderunt in magnam miseriam. gran-
dem ruinam. et magna tormenta. Quicquid
illis accidit. tibi accidere potest. quia homo es. In obitu
De quo beati Iheronimi de horribili visione de
morituris erat venerabilis monachi in morte.
Eusebius beati Iheronimi discipulus. cepit
tam horribiles actus peragere. quod circumstantes
monachi nimio pavore perteriti. velut amentes
in terra iacebant. Nam quoque transversis oculis
manibus simul iunctis. facie terribili. voce dura.
quasi cedens clamavit. Non faciam. non faciam.
mentiris. mentiris. Post hoc ad terram se dicens.
faciem firmabat in terram quantum poterat
clamans. Adiuvate me fratres ne peream. Et mo-
nachi trementes eum interrogabant. Ad quos ille.

Nonne videtis demonū agmina· qui me debellare
cupiūt· Conantur em̄ ut diuini nōis blaſphemꝰ
īueniar· ideo clamaui nō faciam· Et ne eorum
aſpectū cernerem· qui tam turpis et horribilis ē·
ꝙ omīs pene que ī mūdo ſunt· reſpectū eius nichil
ſunt· ideo faciem meā in terram firmaui· ne eos
viderem· Sed adueniente bt̄o Iheronimo· omīs
illa demonū turba infirmita· velut fumus abco
enauit· Quedam reuelatio de penis inferni·

Unus ex tribus mortuis qui per eundem
Euſebiū ſuſcitati ſunt· inquiſitus a
Cyrillo· cur ſic totiens fleret et triſtis eſſ3·
Reſpondit· Si expertus eſſes que ego· ſemper tibi
ineſſet fletus cauſa· Nam ſi omēs pene· tormenta·
et afflictiones· que ī mundo excogitari poſſunt·
minime que illic eſt pene compararentur· ſola-
cia viderentur· Mallet enim quilibet viuentiū·
ſi illas penas noſceret· uſq3 ad finem mundi·
omnibus hijs ſimul ſine remedio cruciari penis·
quas omnes homines ab adam hucuſq3 ſingil-
latim pertulerunt· ꝙ vno die in inferno· ſiue ī
purgatorio· minori que illic habetur pena tor-
queri· Et hec cauſa fletus mei· timor penarū ē
que pctōribus dantur· Et ideo ne mireris ſi plago·
carum potius mirari deberes· ſi non plangerem·
Et vehementer mirandum quia homines q̄
ſe mori nō dubitant· tanta hic ſecuritate viuunt·
nec tantas cogitant euadere penas·

De penitencia Mauricij imperatoris·

Sed prudens imperator Mauricius hec
conſiderans· potius petiuit hic ꝓ pctīs

puniri q̄ ibi. Nam licet ~~m~~ mauricius rapax et auarus.
et crudelis eſſet et infeſtus b̄to gregorio pape cu ax-
ſiſtenti tamen cū quendam vir monachico habitu
indutus euaginato gladio. per ciuitatē curreret.
et currendo clamaret. mauricium eod' anno mori-
turū et gladio perimendū. ceſſauit a tyrannide.
con̄ Gregorium eciamqȝ et omēs p̄ſbr̄os et religi-
oſos tranſmiſſis lr̄is. pecunijs et muneribus.
rogabat ut pro pct̄is ſuis intercederent. ut hic
et nō in futurū que meruit reciperet. Quod etiam
ipē multo tempore cū lacrimis poſtulauit. Cui
apparuit quidam in nocte dicens. Vis hic. aut
in futuro tibi parcamus. Imperator dixit.
Amator miſerorū. hic michi redde malū. ut in
futurū parcas. In craſtinum venit magiſtrians
portans reſponſum a Religioſis. Deus recepta
penitencia tua. ſaluabit animā tuā. et cum tō
domo tua. in numero ſanctorū te conſtituet.
Ab imperio vero cum ignominia et diſcrimine
diſcedes. Hijs auditis. glorificauit deū magnifice.
Poſtea vero milites prouocati focam ſuper ſe con̄
mauricium Ceſarem vocauerunt. Quo audito mau-
ricius in inſulam quāda cum vxore et quinqȝ
filijs fugit. ibiqȝ per focam decollatur. Qui pa-
cienter infelicitatem hanc ſuſtinuit. deū in o-
mnibus inuocans. et crebro dicens. Iuſtus es dn̄e. et
rectū iudiciū tuū. Et eo occiſo. lac cum ſanguine
fluxerat. ita ut inſpicientes flerent.

Exemplum de quodam duce Burgūdie.

Quidam dux Burgundie. corpus
pris ſui vellet transferre. apto ſepulchro.

vidit grossum bufonem super faciem patris comede-
tem linguam eius. Et diu prudenter in se rediens.
exclamauit coram militibus. O falsa mundi gloria
sublusisti patri non subludes filio. Ubi sunt pater
diuicie et delicie quas habuisti. Ubi sunt grossi
morselli preciosorum ciborum. Modo a bufone
turpiter comederis et vermes te deuorant sicut
deuorasti pauperes. Et relictis omnibus intrauit re-
ligionem. Ex quibus verbis predicti ducis
Burgundie secundum Cesarium patet. quod pauci
principes et nobiles sunt hodie. qui impleant dies
suos. et ad senilem etatem perueniant. quia pau-
peres depredantur. per se et per suos. et idcirco cum
lacrimis suffocantur. Unde psalmista. Viri
sanguinum et dolosi non dimidiabunt dies suos. Unde
infra terminum constitutum deficiunt.

Generales meditationes de extremo
iudicio quibus homo sibi pr metuere tiore

DEinde oculum mentalem verte ad extremum
iudicium. ut ex eius memoria amarissima
tibi amarescant omnia dulcia. Cogita iugiter quantus
timor. quantus clamor. quantaque fiet admiratio. cum tuba
archangelica sonuerit. cum fulgura terribiliter splen-
descent. tonitrua mugient. Cum ad terrendum peccatores
sol obscurabitur et luna non dabit lumen suum. Cogita
quid cordis tunc habebit peccator. Cogita qualiter tunc
omnes mortui resurgent. tractantes unusquisque
secum quid boni egerit vel mali. Et boni quidem cum
ineffabili leticia expectabunt iudicem. Iniusti indicibili
terrore timebunt de aduentu et facie iudicis dicentes.
Montes cadite super nos et colles operite nos a facie iudicis.